ZUSAMMENGESETZTE HANDSCHRIFT: AENEAS SILVIUS PICCOLOMINI. IOHANNES GUALLENSIS. THOMAS SUBPRIOR OCART. HUMBERTUS DE ROMANIS ETC. TEXTE ZUR TÜRKENGEFAHR

Melk, Lambach, u.a., 3. Viertel 15. Jh. Seite 23r

Quelle: http://manuscripta.at/?ID=39405
Copyright: Melk, Benediktinerstift

libertatis erat nec cura pecuniae/pro pecunia
et alibi Cingite fronte comas et pocula por
gite dextris/porgite tragi porrigite dixit
Et iuvenalis addiscens sillabam de nerone sic
ait/Quales tuae epulas ipse glutisse putamus
iudicatorem/Nec enim iudicatorem dici metri
mensura fiebat/Quedam sunt verba que si
proferantur singula vitiosa sunt. iuncta vero
sine reprehensione dicuntur. Nam et dua et tre
et pondo barbarum sapiunt/At duapondo et
trepondo recte dicit/Quintilianus affirmat
Nec barbarismus abfuerit/Si que longa est
sillabam brevitatis producamus/aut correpta
producamus/Quod poetis aliquando permissum est
Vt italiam fato profugus laviniaque venit
Virgilius enim italie primam sillabam que
brevis est ubique productam facit.

De solocismi vitio cavendo et quid sit solocismus

Solocismi quoque vitio multifaria committimus. ut cum suae rei non reddit genus
ut si hunc arborem dixerim qd feminine est
Corticem tamen et amaram possimus et amaram
dicere/Cum sit utriusque virgilius autor
Si verbo vel proprio vel appositioni non reddit
suum casum/Solocismus adest/Si unum ad te
vocans Venite dicas/Aut si plures a te dimittis
ita loquaris ab/Aut si diventi quem video
ita occurras ego/venis eius Solocismus/Si
magnum peculium Aut grandem te dixeris
equulum possidere/Quamvis proprie loquens
non tu committis Solocismum/An et aut conductor